



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Eleemosyna quinq[ue] bona facit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Eleemosyna quinque bona  
facit.*

**P**rimum est, quia peccato obstat. Vnde Ecclesiasticus, ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato. Et Prou. Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ. Et Dan. Eleemosynis peccata tua redime, &c. Secundum, quia bona temporalia multiplicat. Luc. Date eleemosynam, & dabitur uobis. Vnde Greg. Gregorius. Terrenæ substantiæ per hoc quod pauperibus distribuuntur, multiplicabuntur. Et Prou. Fenestur domino, qui miseretur pauperis, &c. Plus nanque accipit quam impendat qui eleemosynam pauperi tribuit; propterea dicebat Saluator. Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Tertium, quia Deum placat. Prou. 21. Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam. Vnde Auguf. Pater Augustinus. Nemo enim dicit quòd præstat, sibi enim plus præstat quam pauperi. Quartum est, quia Deo impetrat quòd postulat. Ecclesiasticus. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipse exorabit pro te.

Ecc. 3.

Pro. 13.

Dan. 4.

Luc. 6.

Greg.

Pro. 19.

Mat. 19.

Luc. 8.

Pro. 21.

Auguf.

Ecc. 29.



Et Isaias . Frange esurienti panem tuum, &c. & subdit. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce adsum, &c. Quintum est quia beatitudinem æternam parat. Prou. 19. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur . Et Bernardus. Præbe tectum & accipe cælum. Matt. Venite benedicti patris mei percipite regnum, &c. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Plus certò per pauperem recipimus, quàm id quod pauperi damus, damus illi numum, & recipimus cælum, damus bucellam, & à Christo recipimus uitam æternam. Hoc Basilius.

Isa. 58.

Pro. 19.  
Bern.

Mat. 24

Basil.

*Eleemosyna fit quatuor modis.*

**C**ompatiendo. Vnde Iob patientissimus dicebat. Compatiebatur anima mea pauperi. Et Cyprianus. Quisquis illi qui in eum peccauit dimittit ignoscendo peccatum sine dubio eleemosynam facit. Et Gregorius. Plus est compassio quàm datum, quia rem quamlibet dat plerunque etiam qui non compatitur. Consilium præbendo. Vnde Isidorus. Nam qui in necessitatibus positus consilium deuotè dat, elemosy-

Iob. 19.

Cypri.

Greg.

Isyd.